

stitutus erat, 2 Sam. 23, 8, 39. 1 Paral. 11, 40, 50. — Cadavera hostium à pluribus gentibus, avibus et feris discepunda relinquebantur. Id prophete, ut convivium sistent, quod Deus, index populum, feris preparat, 1 Sam. 17, 44. Ier. 25, 55. Zeph. 4, 7. Non raro quidem cadavera insigniorum consanguineis reddabantur, 2 Sam. 2, 32; 21, 14. Ezech. 39, 11, 14. 2 Mac. 12, 15; interdum vero contumelias afficiebantur, Jud. 7, 27. 4 Sam. 51, 8. Hebrews ob leges de immunitate, cadavera sepelire, et milites se ab immunitate, tactu cadaverum contracta, purificare tenebantur. Num. 51, 19, 24.

§ 288. *Rigor antiqui iuri belli.* — Ius bellum olim ubique terrarum erat rigorosum et immnane; quare Hebrews condonandum, si nonnquam eodem rigore usi sunt, ut per hujusmodi exempla alii gentibus terroruerent, eas ab offensionibus deterrearent, et suæ tranquillitati conservarent. Nec omnia, que egerunt Hebrews, probanda aut excusanda sunt, 2 Reg. 15, 16. 2 Paral. 25, 12. Jud. 8, 4, 21, 20, 4, 30; neque etiam omnis rigor, qui usi sunt, damnandus est; nam iure gentium naturali licet hosti tot tantaque mala inferre, quod et quanta, ad alias gentes à lesionibus deterendas, necessaria sunt. A mansuetudine autem et immunitate gentium dependet, que mala ad hunc finem sufficiant. Si mutata rerum facta nunc in Europa ius belli, tacito consensu populorum, humanus est: hoc iure antiqui non poterant, nisi vellent omnibus aliorum iustissimis patere. Num. 51, 14, 15. 2 Sam. 12, 51, coll. 2 Sam. 10, 5; 11, 1. Amos 5, 13, et 2 Sam. 8, 2, coll. 2 Reg. 5, 27. Amos 2, 1. Hebrews tamen plerisque erant aliquantum militares, 2 Sam. 8, 2, 1 Reg. 20, 50, 45. 2 Reg. 6, 24, 25. 2 Paral. 28, 8.

§ 289. *Hebreorum ius bellum in Chanaan.* — Causa expulsionei Chanaeorum, Gen. 15, 16, dictum fuisse morum corruptio, quos descriptos invenies Sapient. c. 12. Moses quidem singulam Chanaeorum flagitiam non enumerat; neque enim erat opus, quia satis comperta ea essent Hebrews. Inquit tandem Deut. 12, 31: *Omnis abominationes, quas aversatur Dominus, fecerunt, tuis suis offerten filios et filias, et comburantes igni.* Tale iugiter ac tam detestabilis hominum genos delere volens Deus usus est operi Hebreorum, quibus regionem Chanaan concessit, ut, adversus alteros iustitiam suam exercens, sua erga alteros beneficentiam uteretur, atque ut hinc alieno exemplo edoceti divinis preceptis ostenteretur, fozosque barbatus mores aversari disserint. His positis, quibus sat superque vindictatur occupatio regionis Palestiniensis per Hebrews, non erit tamen supervacuum extera supersequi; que, quanvis non disert in S. Scriptura dicuntur, tamen ex historiâ Patriarcharum legitime concludentur (1).

(1) Menochius de Republ. Hebr. L. 1, c. 2, quas. 9: « Nec desunt graves antores, qui non tam primum occupata, quam repetitam ab Hebrews fuisse Chanaan dicunt... Porro S. Augustinus etiam causam affect propter quam Chanaeum solo, quod inservierunt, extubare placuit, ita enim scribit: Quia Chanaani excepto illo peccato, quod possessionem

Abraham cui Deus regionem Chanaan promisit cum servis et gregibus suis, pascua huius regionis occupavera, atque putes, quos fidit, et altaris, quae adlocavit, voluntatem, sibi hanc regionem propriam habendi, declaraverat. Gen. 12, 5, 6, 8, 9; 21, 25, 50, conf. 15, 4; 14, 18; 15, 7, 15, 21; 17, 8. Conf. supra § 43. Ille patriarcha eam deinde non Ismaeli, sed Isaco reliqui, qui russus eam non Esau, sed Jacob assignavat. Chanaeum quidem jam erat in regione, Gen. 12, 6; sed pauci, qui aliquos duxerat distracti tenebant. Patriarchae itaque hec pascua sibi propria rediderunt, et 15 annos possederunt, neque Jacob et filii eius, in Ægyptum migrantes, regionem abdicaverunt; animo enim reverendi discesserunt. Gen. 50, 21; 22, 48, 4, 21, 22; 49, 4, 26, conf. 1 Paral. 7, 21, 24. Moransibus autem illis in Ægypto, Chanaeum aucti, illa passa occupavit, atque Hebrews regione excluserunt, qui proinde iure sue regionem repeatabant, et quomodo cessionis sponte nulla affligeret, iure armis uteretur. Transactionem pacificam offere, Chanaeorum fuisse, quibus ius Hebreworum apparet notum fuit; quid si rem armis exerciri maluerant, omnia consecrata sibi imputare debentur. Jos. 4, 19; 5, 26. Conf. Janssens Hermen. sacra vol. 1, p. 90, seqq.

§ 290. *Præda, stipendia.* — Ad consecratoria victoriarum speciat in primis præda, que militum labores remunerabat, ethincis singulare letitiam crebat; Gen. 49, 27. Exod. 15, 9. Iud. 5, 50. Isa. 9, 2, 3. Joel 4, 11. Ezech. 29, 18, 20. Ps. 119, 162. Milites enim antiquiori exco, etiam sub regibus, exceptis praefectis et pretorianis, stipendio carabant, sed ex suis facultatibus, et ex illis, que à parentibus submittabantur, victualibus, Jud. 20, 10. 2 Sam. 17, 17, 20. Recentiori denuo ave reges annona in urbibus depositebant, 2 Paral. 17, 12, 52, 28. Milites conducti, fortasse exemplo Pheniceum, Ezech. 28, 11, occurrunt quidem 2 Sam. 10, et 2 Paral. 25, 6, 9; sed de præda nihilominus participabant, ut mereos non nullifidus, sed regi, eos eleganti, soluta fuisse videatur. Sub monarchia persica stipendium militare invahit; isti præmium militare mansit. Machabæi, exemplo Graecorum, stipendia solvabant, 1 Mach. 4, 52. Hinc stipendum in nova Fœdere scépe occurrit, et etiam tropicè usurpatum, Luc 5, 14; Rom. 6, 23. 1 Cor. 9, 7. 2 Cor. 4, 18; 2 Tim. 2, 4. — Præda autem deputabant non modo bona quecumque, sed etiam captivi

et alienam invaserant, multa nefanda et inaudita criminis committiebant, in tantum, ut quando Dominus Sodoman et Gomorrha subverberet, dixisse legatur: *Ne dum enī completa sunt iniuriae Amoriteorum et expectabat Dominus, ut aut converteantur, et agerent penitentiam; aut certè si convertentur, et nolent, criminis criminibus cumulantur, et peccandi mensura implentes, justissimum Dei sententiam sustinerent.* Quia ergo eos duplicitate inventi roos et divina censura, pro eo, quod et terras alienas invaserant, et postea sceleris et criminis inaudita commiserant, justo iudicio puniuntur, et Israelitico populo antiquorum possessio reformatur. Hoc Augustinus.

viri et mulieres, pueri et pueri, in primis in urbibus vi capti, in quibus omnes in servitum redigebantur. Gen. 14, 11, 12. Jud. 3, 50. Miles Hebrewi, Num. 31, 48, 54, sibi attribuebant quidquid arriperant, exceptis solis pecunias et hominibus. Res magni preti interdum bellidus sibi vindicabat, Jud. 8, 24, 25, quod David imitatus, thesauros pro extirpatione templi colligit. 2 Sam. 8, 11, 12; 12, 30. 2 Paral. 28, 14, 19; 29, 2, 5. Pecunias autem et homines congregabantur; et numeratis, in duas partes dividabantur, quarum altera cedebat illis qui domi remanserant, sed hi quinquagesimam partem levitis tradere tenebantur; altera verò ad milites pertinebat, qui quingentesimam duotauia partem sacerdotibus tradebant; conf. Gen. 14, 20. Inter milites paritudo erat aquilis, sive prelio interfuerunt, sive interea extra custodisset, 1 Sam. 50, 20, 25. Hinc, ut portiones fieri possent aequalis, pecunias et homines capti, venditi, et pecunia distributa fuisse videantur. At si urbs anathematizata sita fuit; prædicta omnis interdicta erat; raro exceptio locum habuit, Deut. 2, 34; 5, 7. Num. 21, 5. Lev. 27, 28. Jos. 6, 24, 26, 28; 10, 28, 30; 11, 14. 11.

Præda, quam retulerunt Hebrewi ab Ægyptis, Exod. 5, 22, 44, 2, cedebat, monente Bonferio ad Exod. 5, 22, in compensationem servitutis, et laborum, quæ tot omnis pertinuerat Hebrewi in Ægypto. Addit omnia quæ Hebrewi secum sumere non poterant, Ægyptiis relictæ fuisse.

Pars iii.

DE ANTIQUITATIBUS SACRIS.

CAPUT PRIMUM.

CONSPETCUS HISTORIÆ RELIGIONIS BIBLICÆ.

§ 291. *Religio usque ad diluvium.* — Protoparentes nostri, omni experientia destituti, ab ipso Deo educabantur, et ad agnitionem Creatoris et gubernatoris universorum, atque ad modum disciplinam ducebantur, in primis per illud interdictum de arbore cognitionis boni et mali, id est, in cuius interdicto ratio homini cognitione boni et malo moralis excedebat; id enim phrasit, *תְּרוּמָה כִּי תַּרְבֹּת*, ex usi loquacitate hebraico, significat, Gen. 2, 8, 20. Hinc nepte primi homines observabant, non solum esse eis aliquod intelligentiam premium, a quo ipsi et omnia alia dependent, sed etiam, non pro luctu quecumque esse agenda, sed discernenda, que hinc supremo rerum omnium Domino placent et que displicerebant. Ex cæstigatione quo violationem interdicti subsecuta est, discerant protoparentes justitiam Dei, ast simili etiam specimen misericordia ejus accipiebant. Deus enim, postquam peccatum serpenti inficiatum exhibuerat, malorum, que illi, corrumptus posteris amittirebant, gravitatem tempravit, promiso illis Aliquo, qui olim ex feminâ nasciturus, et serpentem, invisum istum ac perennem inimicum, omniumque malorum autorem, tandem concutaceras eset. — Accessit redargitor Caini in fratrem exacerbat, et ejusdem deinceps fra-

tricidie relegato permotus, que, coævis et posteris ob oculos versans, perpetuo in clamabat, malum esse Deo exomus, et postea dignum. — At progressus temporis quin plura delicta manerent impunita, plurimi, sensibilite et levitate alriegi, negligebant illa mortua divina in facis posita, atque potenteres opprimabant infirmos et debiles, omniaque cedibus et sanguine complebant. Res jam circa annum 235 post hominum creationem (Gen. 4, 26, 6, 1), sôd dilapsus erant, ut Dei entes necessarium esse duxerint, sese nomine filiorum seu cultorum Dei, distinguere à reliquis tanquam filii hominum, qui, Dei oblitus, humano impetus ad quemque audienda abripiebantur. Hoe malum per communia cultorum Dei cum filiis hominum, i. e., irreligiosorum, latius serpsit; hoc enim uxores, fabilia quaque plororum corrumperant, quin informatus prolium, ad quam matres plus quam patres contribuerunt, negligenter, atque ita progeniem nequorum relinquenter. Ille corripio panis post omne genus hominum ita porrasit, ut repetita Dei monita per spiritum propheticum, Gen. 6, 3, nihil proficerent; quare diluvium subsecutum est. Conf. infra, § 294.

§ 292. *A diluvio usque ad Abramum.* — Hoc torribilis omnium viventium strages, 420 annis ante, Gen. 6, 5, annuntiata fuit, ut Noachi famili agnosceret, eam esse à Deo immissam, ut insigil hoc factum, cuius memoria facile per omnes generationes conservaret, pateretur, esse summum universorum gubernatore, cui via hominum displicet, et qui, etsi longanimis, nihilominus in sceleratos debet animadvertis. Accessit post diluvium monitus divina, nam hominum morte plectendum esse, et nullum porrò diluvium fore; atque hac securitas spes signo visibili, arcu in nubibus, annexa fuit. Posterum Noachi has doctrinas altè mente reponerunt, et, consilio adiuncte turrim, ne dispergenter, divinitus dissistet, facile observabant id Deo displicuisse. Ita quoque illud, quod Nemrod aggressus est, vi regnum sibi condens, reprobat, quod ipsum nomen Nemrod, rebellis, et proverbiū: *Sicut Nemrod tenor potens coram Jeħovā, innuit.* Ast progressus temporis, homines rudes, sibi considerare non valentes, et imaginatione ducti, conperunt diversis objectis vim sublimiorum et divinam tribuere, et ab illis opem expectare. Ita in nomina transformata sunt saxa, arbores, animalia, venti, fluvii, sol, luna, astra, defuncti homines, etc. Accesserunt demum imagines sculpte, altaria, templia, etc. Primum quidem, Deum creatorem et gubernatorem universorum, et hanc creaturas simul venerabantur; paulo autem post, Dei oblitus, has solas adorabant, et eam hæc ficta munera morum prohibet non curarent, disciplina quoque morum magis magisque negligebant, ut tandem plurima gravissima scelerula fierent, inòd et in cultum doorm verterentur.

§ 293. *Abraham, Isaac et Jacob.* — Corruptione hæc novâ se latius diffundente, Deus vocavit Abramum, cuius majores inde à primo homine religionem et monum probitatem custodiverant, Gen. 5, 1, 32; 11, 10,

33 : ast demum quoque in idolatriam prolabentur, Jos. 24, 2. Hunc Chaldaeum et posteritatem ejus, Deus decretiv custodem religionis usque in illud sevum, quo ad reliquias gentes propaganda esset. Hoc fine Deus promisit huius Senioris generationis docimae postero protectionem, amplissimam progeniem, possessionem regniorum Chamaan, atque omnes gentes quondam per ipsius sermone beatae fore, Gen. 12, 15; 18, 18; 22, 18. Has promissiones Deus nominis Abraham et Sara copulavit, atque obligationem, religionem custodiendi, Gen. 18, 19, circumsciptioni annexuit, ut haec ipsa nomina et signa esserent perpetuae documenta et promissionum et custodie religionis. Has easdem promissiones Deus repetiv deinceps Isaco et Jacobo Gen. 26, 4; 28, 14, qui quod suarum erat parium, sedulè probabant, et cultum veri Dei domesticis suis precipitabant et ad posterios suos propagabant, Gen. 28, 20, 22; 35, 2, 7, 9, 15; 59, 9; 50, 17, 20. Haec promissiones atque haec officia Abrahami et posterorum ejus per Isaacum et Jacobum, sunt cardo totius antiqui foderis; quare omnia, que deinceps consecuta sunt ad illa referenda sunt, atque ipsum quoque novum fodus cum illis arctissimum nexus coheret.

Qui promissa Abrahamo, posterisque ejus bona rerum caducarum possessione cohierit, immortaliū illius beatet et scientia et ex exclusi, omninoque veteri Testamento nihili, nisi mortaliū bonorum spem relinquunt, si pīficit nōmū humilitate de religione diuinis tradita, sentiunt, ne vīm prīmōrū dīvīnorū ullo modo adsequantur. Paulus quidem (Tl. 1, 2) spēt vīte eternā cum ipsis rerum humanarum iūtis adequant. Eam enim *Dominū fallere nescimus*, ali: *τηρεσθαι τὴν προφητίαν εἰς*, PROMISSIO ANTE ANTICUSSIMA TEMPORA, i.e., initio rerum humanarum, longè antiquissima tempore significare possit... de quibus capiebat Aquinas, eterni interpretans antiqua. In clarissima est, Apostolus in anno habuisse promissiones quas Adamo, Abrahamo, Dene ipse, aliis deinde per prophetas fecerat, yīte aeternā per Christum sperandā. Rom. 1, 2. Dr. J. A. Ernesti in vindicis arbitrii divini in religione constituta p. 189, opuse. theol. Lipsiz 1792.

§ 294. *Patriarcharum religio.* — Optime Verschuir,
opusc. p. 17, seqq. (ex edit. Lotze Traj. ad Rh. 1810)
propositi capituli religiosi Patriarcharum est : Omniun
piorum Patriarcharum religio ex revelatione divina
hausta, atque per traditionem à Noacho accepta , cum
omni eius posteritate, atque toto humano genere com-
municata est; sed ab aliis citius, alibi tardius deperdit.
Omnes illi priisci mortales, gemino Numinis cultui
adharentes, firmâ fide credebant, unum verum esse
Deum, spiritum perfectissimum, ac omnipotentem ;
cum totum hunc mundum, tam materie, quam forma
respectu solo omnipotente iussa fecisse, creasse, ut
splendidum sursum virtutem et beneficiorum esset
theatrum ; homines in hoc terrarum orbis collocazione
astrionas, qui haec spectarent, admirarentur, mundi
quae auctor et Dominum venerarentur, adorarent,

(1) Vide lib. Job. et historiam patriarch. in lib. Genes. contentam.

4001 PARS III. CAP. I. CONSPECTUS HISTORIÆ RELIGIONIS BIBLICÆ

periodus septem dierum Gen. 7, 4, 10; 8, 42, et ipsum quoque hebdomadis nomen עֲשָׂה, Gen. 29, 27, occurrit; unde colligitur, diem septimum, juxta Gen. 2, 2, saltem singulari quopiam modo fuisse discretum.

§ 295. *Moses*.—Hebrei multi in *Egypto* iam deos *Egyptiorum* colebant, quin *Mosis* dominus mittere, ut eos e servitio liberaret. *Ios.* 24, 14. *Ezech.* 20, 7, 8. *Exod.* 5, 15. Ut igitur vera religionis custodes, non solum ex *Egypto*, ubi ulteriori temporis progressu cultum Dei diminuerunt, educerent, sed etiam *ii*, qui à Deo defecerant, ad agnitionem veri Dei reduc- rentur, necessaria erant miracula, quae ita simul et praedixerint et patrarentur, ut Dei omnisci et omnipotens argumenta esse manifesta, et non modò Pharaonem ad dimissionem *Hebreorum* cogerent, et exercitum ejus, ne *Hebreos* persequi posset, perde-rent, sed etiam *Hebreos* conplicerent, opera hæc es-Dei gubernatoris universorum, et *Mosai*, per oues-

Exod. 6, 7; 7, 5; 9, 14, 16, 20, 10, 2; 11, 9, 10, 12, 9; 14, 4, 17, 18, 51; 16, 12; 19, 4, 9, 45, 35. His operibus simul ostendendum fuit, alia numina, quia suos cultores Egypciis a plagiis immunissimis liberare non poterant, iesin inaniam, et viribus carere, Exod. 12, 12. Nisi autem Hebrew deinceps in Arabia, porr̄ similibus omniscientiae et omnipotenter testimoniosis confirmatis, et diuinis huius generis auxiliis adjutii fuissent; nec in cultu veri Dei perseverasset, neque casas dispositiones et leges suscepisset, sine quibus inter gentes, quae idolatriam et multitudinem deorum sans ratione deputabant, verum unius Dei invisibilis religione non conservassent, ut vel ex eo liquet, quod sub providis licet his cautionibus constituta, nihilominus toties ad diversas superstitiones abirent.

Qui Mosis miracula præstigia, vel imposturis, vel mythis deputant, aut confita esse contendunt, asserunt sum, non cum egressu Hebreorum ex Egypto, neque cum subsequentे certa historiā conciliare, neque etiam originem bujus idea Dei, qui his in scriptis exhibetur, explicare possunt, ut ad eo ipse hinc egressum, et subsequens historia, atque hæc Dei idea restetur. illa miracula vera naturæ fuisse.

— sedetur, ma miracula vere patrata nisse.
§ 296. *An Moses docuit Deum nre nationem?* —
Moses non docuisse, nisi Jehovah Deum tutelarem
Hebraorum, seu nationalem, tota loca reclamant, ut
mirari sit, quosdam in hanc delapsos esse senten-
tiam. Nam nomine Jehovah compellat illum, qui crea-
vit colum et terram, Gen. 1. Exod. 20, 8, 12; 31, 17;
Deut. 4, 23; qui diluvium innundat, Gen. 6, 9; qui ab
Abrahamo et Melchisedecho dicitur celissimum, Domi-
nus coeli et terra, et Iudeus universa terra, Gen.
14, 18, 20; 17, 1; 18, 16, 53; à Josepho agnoscitur
omniscimus gubernator universorum, Gen. 39, 10; 45,
8, 5; 50; qui se Jehovah semper euendum esse
dicit, Exod. 6, 5; qui illa miracula in Aegypto et in
Arabia ex predictis et patravit, quibus, se omniscium
et omnipotens esse manifestavit, Deut. 4, 32; 30;

21. Exod. 6; 7; 5; 10; 1, 2; 14, 18, 51; qui est aucte-
ritate omnium viventium. Num. 16, 22, 27, 16; invis-
(apparitiones enim factae erant in symbolis) Exod.
18, 25. Deut. 4, 12, 20, 39; cuius est celum et te-
rra omnis quod in eis est, et qui etiam peregrinos au-
dit. Deut. 10, 14, 18; praeter quem denique nullus
Deus. Deut. 4, 59; 6, 4; 52, 59. Moses Iehovam u-
ni proponit omnipotentem omnium hominum et
potum gubernatorem, qui nre donis, neque sacra-
cisi corrumptu potest, resipiscens verò se mis-
cordem et elemptum exhibet. Hunc verum Deum
est esse illum, qui ab Hebrewis colendus sit, i.
tantum, quia unicus est Deus, sed etiam quia Patria
christi coniunctio posteris permagna beneficia promi-
xit et partim iam praestitit, eos ex Aegypto eduxit, le-
bus instruxit, et jamjam in Chanaon introductos e-
staque futuro quoque auge proteget; denique quia De-
us hunc elegerunt regem. Conf. Jaussons l. c. vol.
p. 74.

¶ 297. *An Moses non sisit Deum nisi formidabiliter?*

Deum à Moses sibi sisti iudicem justum, qui seculatos severè animadverterit, mirandum non est, non solum quia populus levis, juveniliter exsultat inodiciis et exaltat, non alia ratione corcriet, et custodian legis pernoveri poterat; sed etiam, qd Deus erat simul rex Hebreorum, cuius est, delinquens populus indicere et irrogare, et bonos ales a levibus malorum committat; aliquo omnes leges irruerint, si mox transgressio veniam annexa fuisset.

Deum à Moss non nisi nisi iudicem inexorabilem prout plures contendunt, oppido falso est; nam in promissiones divinas, Patriarchis Hebreis tota repetita, et ipsa quoque liberatio ex Egypto, legis et iudei, et deductio in regionem Chanaan, beneficia si divina, qua Deum sistebant beneficissimum, Hinc 6, 7, 6; 8, 2, 20; 9, 4, 8; 10, 4, 11. Hinc Hebrei sapienti, ut per custodiam legis gratia erit.

Deum animus testitur, immo disertis quoque verbis, ut deus Dei præcipitur, quod utique ponit, Deum est omnipotens et clementis; Deut. 6, 4, 5; 11, 12, 12.

Mosse Deum compellat. Deut. 8, 5; 32, 6, patre populi apud Exod. 54, 6, 7. Num. 14, 18. Deut. 10, 52; 6, Jehovah dicit misericordem, clementem, benignum et fidelitem, qui amorem paternum, prius et ipsi cultoribus suis, in milie generationes conservavit, prævaricationem et iniquitatem condonat, neque tamen perpetuo ignorat, sed castigat iniquitatem in filiis ac nepotibus in tertiam et quartam generationem. Hec quidem castigatio usque in quartam generationem, nempe per calamities publicas, quam consecrata etiam posteri sentient, legibus quoque fundamentalibus Exod. 20, 5, 6, inserta, non offendicul est, qui non advertunt vel advertere solent, eam patribus, qui illis temporibus de sortitione suorum perquam solliciti erant, magna nimis ponant, quin prospicere, dilectionis testem, necepses, propeneotes et abneptores, fore miseros; alii autem intelligunt, hanc mala posteris non fuisse, sed monitionem, ut noncomitentur, et noncomitentur.

caverent, ut etiam reapsè contigit, prout magnum exemplum Hebreorum in Assyria et Babyloniam exulum, docet, qui monente hâc diuturniori castigatione respuerunt, ut constantes demum cutores Dei essent, quod et Moses predixit. Deut. 4, 28; 51; 50, 1, 10. Conf. Janssens I. c. vol. I, p. 78.

§ 298. *Dispositiones ad conservandam religionem.*—Ut Hebrei, quorum multi in *Egypto* idola coluerant, aucte per extraordinarias divinas operationes, vix ad cultum Dei reducti, in religione constantes essent, nec sicut exemplo aliarum gentium, inter quas versaturi erant, ad idololatriam inducereat; Deus se illis, ut § 209 diximus, regem obtulit, et ab ipsis acceptatus fuit, atque hinc omnis Dei cultus simul fuit obsequium erga regem. Hæc theocratica reipublica forma, in qua omnes leges regis, erant leges Dei, perpetuò verum Deum in mente revocabat. Ita etiam rigida observatio sabatii, festi Pentecostis post septem hebdomadas messis, anni septem annos sabatios, erat symbolica confessio Dei creatoris et gubernatoris omnium. Pascha quoque et festum tabernaculorum in memoriam revocabat, emundum Deum crearem fuisse, liberatorem ex *Egypto*, et dictorem per Arabiam; et quin festi Pentecostis et Tabernaculorum, grates rependerunt pro collectis fructibus, doceantur Hebrei, hos quoque eidem Deo creatori in acceptis referendos esse. Ut autem secundum Deum credere invisibilem, omnes effigies Iehovæ interdicte fuerunt, ne ipsis quecunq; vi tribueretur, aut multiplicazione earum etiam plures viribus amare, et ex hoc amore atque ex grato erga Deum animo, mandata observare jubentur, quia non nisi per hanc custodiam legum, Dei benevolentiam promerentur, atque ultiorum beneficiorum divinorum capaces se prestare possent, Deut. 6, 4; 11, 4, 15, 14; 15, 4, 5. Non modo per abstinentiam a cibis immundis, Lev. 11, 45; 20, 26. Deut. 14, 1, 2, 21, sed etiam morum probitate sancti esse monentur, sicut Deus sanctus est, Lev. 19, 2; 20, 7, 8. Praecipitur, ut, sicut ipsi se, ita etiam proximum ament, Lev. 19, 18, non modo Hebreum, sed etiam peregrinum, Lev. 19, 35, 35. Exod. 22, 20, 21, 25, 9, 12. Num. 15, 14. Deut. 10, 18; 19, 24; 17, 27, 19. Interdictio iniurie et vindicta, Exod. 23, 4, 5. Lev. 19, 16, 18. Deut. 25, 7, 8. Conf. Job 31, 29, 31. Cavetur, ne in servos quidem immittentes aut inhumani simunt, Exod. 20, 10, 11; 21, 2, 11, 20, 26. Lev. 25, 59, 55. Deut. 5, 14, 15, 12, 17; 15, 12, 15; 16, 11, 14; 23, 16, 17; 24, 1, 4; 25, 4. conf. Job 31, 15, et beneficia in pauperes, vidua et pupilos incalcat, Exod. 22, 24, 26. Lev. 19, 9, 15; 25, 22; 25, 5, 6. Deut. 12, 5, 7; 14, 22; 21, 13, 7, 15, 16, 10, 12; 24, 10, 22; 26, 11, 15; 27, 19. His incitamentum additur ex quo dicitur in *Egypto* peregrini et servi fuerunt, atque adeo pro notissimo ponitur, alteri esse praestandum, quod nobis ab aliis prestari optamus; et alteri non esse faciendum, quod nobis fieri nolumus. Imò et crudelitas in pecudes prohibetur, Exod. 20, 10, 14; 25, 11, 18; 34, 26. Lev. 22, 28; 25, 7. Deut. 14, 21, 22, 6, 7, 10; 23, 4. Momentur, ne surdo maleficent; aut eoco obstaculum ponant, Lev. 19, 14. Deut. 27, 18; et mentiantur, Exod. 25, 1, 7; ne tanquam delatores regionem obambulant, Lev. 19, 18, 19. Vetus, ne magistris, quos fortè sibi non favere opinantur, maledicant. Exod. 22, 27, 28. Jubentur, omnem frau-

Hebrei memorie mandare jussi erant, ut esset perpetuus monitor offici et future sortis sue, si officio suo deoessent.

§ 299. *An religio Mosaica ad morum disciplinam special?*—Quum Moses preparationem ad legislati-
nem, librum Genesios, in quo religio est moralis, preuisserit: expectandum est, religionem quoque illam, quam ipse incoleat, ad mortalem disciplinam spectare. Atque id in lege, quam ex mandato divino promulgavit, ubique deprehenditur; omnia enim ad Deum creatorum et gubernatorum universorum referuntur, et omnes homines gratiam animalium et obedientiam debent. Cum autem Hebrei ad Deo singularia receperissent beneficia, et alia, porro promissa, iura expectarent; eò pluribus quoque et gravioribus ratione momentis Deo devicti erant, Exod. 20, 2. Lev. 11, 43; 25, 58. Deut. 4, 52, 40; 5, 24, 28; 16, 12, 15, 20, 25; 7, 6; 11, 8, 1, 6; 10, 18; 9, 4, 5; 10, 12; 11, 1, 26, 4, 10; 32, 6. Quare Deum, non modò creatorum et rectorem universorum, qui omnes homines immumeris beneficis ornat, sed etiam pecuniarum liberatorem et benefactorem suum, qui ipsos tantaq; beneficiis cumulavit, et futuri quoque temporibus favore promisi, ex toto corde, ex totâ animâ et ex omnibus viribus amare, et ex hoc amore atque ex grato erga Deum animo, mandata observare jubentur, quia non nisi per hanc custodiam legum, Dei benevolentiam promerentur, atque ultiorum beneficiorum divinorum capaces se prestare possent, Deut. 6, 4; 11, 4, 15, 14; 15, 4, 5. Non modo per abstinentiam a cibis immundis, Lev. 11, 45; 20, 26. Deut. 14, 1, 2, 21, sed etiam morum probitate sancti esse monentur, sicut Deus sanctus est, Ita etiam proximum ament, Lev. 19, 18, non modo Hebreum, sed etiam peregrinum, Lev. 19, 35, 35. Exod. 22, 20, 21, 25, 9, 12. Num. 15, 14. Deut. 10, 18; 19, 24; 17, 27, 19. Interdictio iniurie et vindicta, Exod. 23, 4, 5. Lev. 19, 16, 18. Deut. 25, 7, 8. Conf. Job 31, 29, 31. Cavetur, ne in servos quidem immittentes aut inhumani simunt, Exod. 20, 10, 11; 21, 2, 11, 20, 26. Lev. 25, 59, 55. Deut. 5, 14, 15, 12, 17; 15, 12, 15; 16, 11, 14; 23, 16, 17; 24, 1, 4; 25, 4. conf. Job 31, 15, et beneficia in pauperes, vidua et pupilos incalcat, Exod. 22, 24, 26. Lev. 19, 9, 15; 25, 22; 25, 5, 6. Deut. 12, 5, 7; 14, 22; 21, 13, 7, 15, 16, 10, 12; 24, 10, 22; 26, 11, 15; 27, 19. His incitamentum additur ex quo dicitur in *Egypto* peregrini et servi fuerunt, atque adeo pro notissimo ponitur, alteri esse praestandum, quod nobis ab aliis prestari optamus; et alteri non esse faciendum, quod nobis fieri nolumus. Imò et crudelitas in pecudes prohibetur, Exod. 20, 10, 14; 25, 11, 18; 34, 26. Lev. 22, 28; 25, 7. Deut. 14, 21, 22, 6, 7, 10; 23, 4. Momentur, ne surdo maleficent; aut eoco obstaculum ponant, Lev. 19, 14. Deut. 27, 18; et mentiantur, Exod. 25, 1, 7; ne tanquam delatores regionem obambulant, Lev. 19, 18, 19. Vetus, ne magistris, quos fortè sibi non favere opinantur, maledicant. Exod. 22, 27, 28. Jubentur, omnem fra-

dem, tanquam abominationem coram Deo, fugere, Dent. 25, 15, 16, res inventas restituere, et dominum carum sedulò indagare, Deut. 22, 1, 5, et formicatione et pederastia, atque aucto incestu et bestialitate, imo etiam à concupiscentia impudicis abhorre; quia hæc exornia et abominationia sunt coram Deo crimina, Dent. 13, 1, 50. Deut. 23, 18; 19, 2, 23. Exod. 20, 17. Leges quoque civiles co-institutamente observandæ erant, quid leges erant Dei creatoris, gubernatoris et benefactoris sanctissimi, Lev. 11, 41, 45; 18, 5, 5, 11, 50; 19, 10, 12, 14, 18, 23, 28, 50, 52, 54, 57; 22, 5, 8, 50, 55; 25, 22, 45; 25, 17, etc. Moses custodiam legum ubique memoratis modo momentis urget, et perpetuo incoleat, alia omnia, sine hæc religiosa observatione legum, nullus esse momenti, imprimit Deut. 4, 1, 40; 5, 1, 6, 25; 8, 1, 19; 10, 13; 11, 1, 20; 1, 50, 20, quæ loca lege et relego. — Sacrificia, que perniciosa mandantur, exercitium erant grati in Deum animi, vel ponam peccatori debitum, quasi in effigie, representabant, et graviter monebant, peccata esse cavaenda, simulque promissiones a Deo factas in memoriæ revocabant, et magnum novi Fœderis sacrificium prefingabant, conf. infra, § 370. — Promissiones honorum temporalium, et minus malorum quo indolide sensu Hebreorum accommodate erant, morum probitate non amplius impeditabant, quoniam hujusmodi promissiones et minus nostram memorem prouidum educationem impedit, conf. supra §§ 294 et 297. Religio igitur Mosaica morum probitate promovabat; hinc conspicuus in Biblio plures viros, quorum integrerimus mores admirarunt, conf. Janssens I. c. vol. 1, p. 408, seqq.

Ceterum, multis offendiculis est, in lego nullum disertum fieri mentionem conditionis homini post mortem, indequè recte concludere putant, antiquis Hebreos nullam futuræ vita notitiam habuisse. — Ast contrarium apparet 1^o ex libro Jobi, in quo spes futurae vite appareat, c. 19, 25, seqq., 14, 12, 19, 23, seqq., 26, 8, etc. conf. Rosenmüller schol. in lib. Job. Lips. 1824, edit. 2. — 2^o Ex Gen. 5, 24; 15, 15. Accedit Hebreos distinguere orcum, נָשָׁרְתָּ, a sepolcro, Gen. 25, 8; 57, 58; 49, 35; 50, 2, 10. Num. 20, 24, 26. Deut. 34, 7. 1 Reg. 2, 20; 11, 45; 2 Paral. 13, 25. — 3^o Ex necromantia, quæ animi defunctorum excitari posse credebantur, Lev. 19, 31; 20, 6, 7. Deut. 18, 11; 1 Sam. 28, 5, 10, etc. Quod enim quipiam opponunt, superstitionis sibi minimè constare, certè non valet, ut superstitionis animos defunctos, quos non esse credit, suscitari et de arcans et futuris interrogari posse credit, conf. supra, § 294. Successa temporis à Davide et Prophetis hec doctrina magis discerit proposita fuit. Vitam autem felicem probare tamquam expectantem testantur, non improbi, Ps. 16, 8, 11; 47, 14, 13; 49, 15, 16; 73, 25, 28. Quoniam vero sepissimum rationum momenta ad benè agendum ex hac vita desumebant, satis tamen caverunt, ne pī ad desperationem redigerentur, cum se calamitatibus obrui, impuls autem res benè cedere viderent: tandem enim aliquando virtutis præmia, impietatisque penas

instare amuntabant, conf. Eccles. 11, 9; 12, 7, 14. — Vide quoque Casti Innoc. Ansaldi de futuro seculo ab Hebreis aut capitulatively cognito.

§ 300. *An typi in lege Mosaicæ?* — Typos non tantum historicos et morales, sed et propheticos esse in lege Mosaicæ testem habemus luculentissimum Apostolum Paulum, Ep. ad Hebr. 9, 8, coll. 8, 5, seqq. 9, 24; 10, 1, etc. docentem legibus, ceremoniis et sacrificiis lege Mosaicæ institutis, spem fuisse factam legum, et rerum sacrarum longè meliorum, imprimis sacrificii illius, quo Jesus Christus hominum peccata esset expiaturus. Hæc peculiariter pertinent ritus lustralis, quorum haec omnini erat indoles symbolica, ut peccati feditatem, que tollendo esset, oculis quasi subiectum; atque universi piacularium sacrificiorum, ut et plerorumque, que à summo pontifice peragenda ex tempore die, ea erat ratio, ut in his animadvertiseret, homini reo opus esse mortem emendatione, et peccatorum venia, licet non nisi umbra conspicueret harum ipsarum rerum, que dénum per Christi doctrinam, instituta et acta, in plenam lucem evocare fuerunt. Ceterum prophete id omni auctoritate perseruerant, atque perseperat diserts verbis prædixerunt. — Si non omnes Hebrei aequè perseruerent hunc finem typorum in lege Mosaicæ, veritatem typorum non obstat, sicut veritati religiosis christianis ejusque dogmatum non adverterat, quid non omnes etiam clare intelligant. Vide Luke 18, 51, 55; 24, 25, 27, 44, 47, conf. Act. 5, 18; 26, 22, 23. John. 20, 9, Conf. Act. 2, 27, 34, 53; 13, 34, 37, et § 570.

§ 301. *Religio à Mose usque post exitum Babylonicus.*— Hæc Mosaicæ instituto per omnes sequentes aetas efficaciam suam exercuit. Deus exterio decreto pro illis temporibus, quibus religio pericitabatur, mala et calamites disposuerat, que gentem momenter, ut judices seu rectores reipublicæ acceptaret vel eligere, qui patriam et religionem restituebant; vel legatos Prophetas mittebant, qui reges et proceres graviter monebant, et ausiliis nefarilis, quibus idolatriam introducere nitebantur, grandia impedimenta objecabant, ne perficerent possent, quæ mollescantur, imprimitus quoniam divina providentia, pios regum impiorum successores disposuerat, qui prophetas audirebant, que sub antecessoribus male acta erant, rescindebant, idolatriam tollebant, et cultum Dei rursum restituebant. Quoniam verò monitiones dénum vir quidam proficerent, et omnia perpetuo in pejus ruerent; res publica Israhætensis anno 235 post schism. (722 ante Chr.) eversa est, et cives ab Assyris in Gozan, Calachene, Assyriam et turbes Mediae deportati sunt; regnum vero Juda 587 post schism. (588 ante Chr.) per Chaldeos evversum est, et cives ad ripas fluvii Cabor et in Babyloniam adducti sunt. Hæc contingunt, prout jam Moses, et deinde prophete prædixerunt. — Discerimus quod inter conditionem Hebreorum sub iudicio, et deinde sub regibus, intercessit, in eo versatur, quid avo iudicium, per 450 annos, non erat qui idolatriam jubaret, aut auctoritate sua promoveret, sed gens sponte in hoc vitium ruerat;

quæ haec lues nunquam tam latè grassabatur, ut ipsum sacrum tabernaculum hæc fœditate contaminaretur. Reges verò impii idolatriam jubebant, aut auctoritate sub promovebant; quare et in templo usque penetravisti. Pessimi erant in regno Iuda, Achaz et Manasses, qui filios suos Moloch immolaverunt, et Achaz denique ipsius quoque tempio clausit. In regno Israel, Achab cum Sidonia uxore Jezebel, reliquæ omnes superavit. Ultimus annis in utroque regno, præserua verò in regno Iuda, omnia generis superstitionis, et morum corruptio invaluit. Nullum itaque aliud restabat medium, quæ extrema severitas, quæ gens universa è patriâ in longinquas regiones dispersa, humiliata et afficta discesseret, se sine Deo nihil posse, nec deos ullam opem ferre. — Quim demum qui à Mose et propheta predictus fuit reditus, per Cyri inopinatè contingenter, atque templum et urbs Jerusalem restauraret, gens per insigia et latissimè patentia vaticinia opere completa, convicta fuit, Jehovam omnipotentem et omniscium esse gubernatorem universorum, et inanes esse omnes alios deos; quare abhinc Deo adeo constanter adheserat, ut demum nec Antiochæ Epiphanius mandatis, neque ejusdem suppliis cederet, sed omnis generis tormenta subiret, armis pro religione arriperet, libertatem vindicaret, et alias quoque gentes ad suam religionem pertraheret. Judei reliqui, in Oriente et Occidente latissimè dispersi, ubique locorum proselytes acquirebant, et reliquias ethnici innotuit, esse gentem, quæ unicunq; Deum invisibilis creatorum et gubernatorenum universorum coleret. — Judei id temporis sperabant, jam appropinquare illud ævum, quo promissa Messias veniret, et vera religio ad omnes gentes propaganda esset, sicut Patriarchæ promissum, et a Prophetis predictum fuerat; res quidem eorum, discordi principiis, rursus magis magisque collabebantur, et ruinam minabantur; nihilominus illud ipsum, quod antiquissimum temporiis promissa fuerat, per Jesum, qui finis est omnis legis Rom. 10, 4, præstitum fuit.

§ 502. *Hebreorum post exilium perserueratio in religione*. — Hebreorum post exilium in religione perseruerant, cujus meminiimus, imprimit complemento vaticiniorum de eversione regnum Israel, Juda, Assyriorum et Chaldaeorum, atque a reditu Hebreorum ex captivitate, nitebatur; uti ex Zach. 1, 2, 6. Esdr. 9, 7. Neh. 9, 52, 57; 17, 18, liquet. Nam illa Hebreorum, per diuturnum exilium castigatio, quam diu alii, quis coluerant, avertentes non poterant; et reditus, qui sola providentia illius Dei, qui hac omnia aturnaverat, sive ulâ gentis cooperatione demum contigit, animos, tot castibus afflictis exstabat, ut hæc et omnia reliqua, que, prout predicta fuerant, acciderant, et antiquiora quoque singularia Dei beneficia, tranquillo animo perpendere, quod, ut scepis fieret, instituta sunt synagoge in quibus omni sabato lex Mosis, et non multò post eum aliâ sacri quipam libri, imprimit Prophete prælegebantur, preces quipam debantur, hymni sacri decantabantur, et populus exhortationibus quoque ad religionem et morum prohibi-

tatem excitatatur. Illos accesserunt scholæ, in quibus juventus accutius de religione edocebatur, quæ à parentibus instrui potuit. — Judeos his temporibus Deum ex principiis philosophicis cognovisse, atque hinc eorum in religione avitæ perseruerant descendere, repugnat 1^a argumento librorum, qui ex his temporibus supersunt; nam ex Aggæo, Zachariâ, Esdrâ, Nehemias et Malachiâ, ex libro Ecclesiastici et Sapientiae apparebat, religione historie antiquiori, et preseruerant antiquis miraculis et complemeto vaticiniorum superstructam fuisse. — Ibi 2^a ex philosophicâ Dei cognitione haec persensionis firmata nequaquam orta fuissest, siquidem antiquiori evo nequaquam deprehendunt, et si in Psalmis et scriptis antiquorum Prophetarum, plura adferuntur argumenta, que ex rerum naturâ ad confirmandam doctrinam de vero Deo, et ad ostendendam deorum inanitatem, deprompta sunt. — Doceant, doctrinam philosophorum de Deo subtilioris rationibus superstructam fuisse, quas plebs Hebraeorum dijudicaret, et ad confirmandum in religione animum adhibere non poterat.

§ 503. *Propagatio Judaismi*. — Judei ultimus quartu ante eversionem Jerusalimæ seculis, latissimè dispergebantur, et ubique locorum nanciscabantur proselytos. Id non parum promovit persecutio Antiochæ Epiphanius, quæ Deus ille, qui Judeis tantas victorias per Machabeos conferebat, attentione gentilium excitabat; quare demum integræ gentes, ut Idumei, Iurezi et Moabitæ, per circumcidionem ad Judaismum transierunt. In Jaman seu Jem, regione Arabie Felicis, centum et aliquot annis ante Christum, rex erat Iudeus, et religionem judaicam tuchatur et propagabat. Judei in Asia minori, Grecia, et demum Româ plures ad religionem suam dilecibant. Roma presertim multitudine proselytorum, non rarè in eis prævalebant, et quia inquieti erant, demum à Tiberio Italia, atque à Claudio Româ discenderé jussi sunt, quin tamen jussa effectu mandaverant. Roma Annal. 21, 85; Suetonius in Tiberio, § 56, et in Claudio, § 26; Dio Cassius L. 60, p. 669. Prærogativa, que ipsi sat ample à Romanis concessæ erant, removelant impedimenta, que ethnico à transitu ad Judeos retinere potuerint. Hinc proselyti et imprimit proselyte, a doloribus circumcisionis exempta, perpetuè augelbantur, et in novo fœderi sepè commenorantur. Act. 2, 11; 6, 5; 13, 45; 16, 14, 17; 18, 7, 15; 19, 20; 45, 50; 16, 15; 17; 4. Joseph. de B. J. II. 20, 2; Archœol. Jud. XVIII, 5, 5. Circa tempora Christi Izates, rex Adiabenus, per feminas eductos, circumcisionis est, et religionem judaicam in regno suo propagabat. Joseph. Arch. XX, 2, 1, 5. Hæc ratione Providentia sternebat viam, quæ religio christiana in totum orbem deferri posset; ubique enim erant Judei et synagogæ, in quibus Apostoli Jesus predicabant, et ethnici quoque preseruerint per proselytos, annuntiantur. Act. 2, 5, 11; 11, 19; 15, 4, 6, 15, 52; 14, 1, 28; 16, 1, 40; 17, 4, 17, etc.

§ 504. *Rerum Judæorum conditio*. — Judei, ubi concordes locorum concordes, peculiarum quipiam soci-

tatum constituebant, et, etiæ magnis terrarum tractibus dissisi, inter se tamen juncti erant per templum Jerosolymitanum, quo omnes quotannis undique semi-siculum mittebant, et, qui poterant, etiam ad festa proficiebantur, qui verò non poterant, dona, templo aut sacrificis dicata, aliis transferenda tradebant. Judeis Egypti, Leontopolis in nome Heliopolitanus, ab anno 149, ante Chr., usque ad 75 post Chr., templum quidem erat peculiaris, nihilominus nexus cum Jerosolymitanis constabat. Concordia haec minimè turbabatur per tres scolas scholasticas, usu philosophie in interpretatione Bibliorum, ortas; nam, ut ipse Josephus Archœol. XV, 10, 4, observat, Pharisei Stoicis, Sadducei Epicureis, et Esseni vel Esseni Pythagorae simillimi erant. — Pharisei familiare inter se amicitiæ colebant, et, qui illis plebs et nobiles familiæ adhaerebant, potentissimi, hincæ audaces in tumulis prius, et ipsi regibus summiæ sacerdotibus formidabiles erant. Joseph. Archœol. XIII, 10, 5, 6. XVII, 2, 4; XVIII, 1, 5. Scissiones quipiam inter ipsos, uti assecæ Schammæ, Hillel, et demum Jude Galilei, concordiam non turbabant. Saduceæ non erant nisi drites et magnates, qui, si numeribus publicis fungebantur, sententiæ Phariseorum se accommodare coacti erant, ut plèbe tolerarentur. Jos. Arch. XIII, 10, 6; XVIII, 4, 5. — Esseni, arcissimo nexu conjuncti, quasi ordinæ quipiam monachorum constituebant, et non modo in Egypto, sed aliis quoque regionibus; et ferè 4000 in ipsa etiam Palestina, presertim ad occidentalia maris Mortui littora degabant. Jos. Arch. XVIII, 1, 3. Plin. Hist. nat. 1, 5, c. 17.

§ 505. *Ætas horum sectarum*. — Ex narratione Josephi Archœol. XIII, 10, 5, 6. Joannem Hyrcanum, per suam à Phariseis ad Sadduceos defectionem, familiæ sue multa incommoda creasse, lique hume principem jam olim juvenem, i. e., circa annum 150 ante Chr., usque Phariseum et has duas sectas illa ætate fuisse celebres. Josephus, Arch. XIII, 5, 9, quoque disserit, jam sub principe Jonathanæ, i. e., anno 159, 144 ante Chr., omnes tres sectas inclinuisse, et addit, eas esse *τρεῖς τοῦ θεοῦ δόξας*. In libris quidem Machabeorum non memorantur; ast ex allegato mox Josephi loco liquet, cas illa certò adfuisse. Sunt tamen, qui arbitrantur, Phariseos sub ἀσκετούσι, i. e., pli, 1 Mach. 2, 42; 7, 15; 2 Mach. 14, 6, latere, eosque idem nomine piorum venisse, quod amplius quæ legi prescriptum erat, præstare voluerunt, quin è contrario illi, qui litteræ legis inhibebant, justi compellati fuerint, et hos esse Sadduceos. Similis quidem horum sectarum negari vix potest; verum hoc antiquior est Machabeis. Accedit, ἀσκετούσι, 1 Mach. 2, 42 esse *τρεῖς τοῦ θεοῦ δόξας*, qui sponte per religionem militabant; et 2 Mach. 14, 5, omnes milites Judei, dici ἀσκετούσι, conf. 4 Mach. 7, 15. Josephus quoque Arch. XII, 10, 5, ἀσκετούσι non compellat Phariseos, sed ἀσκετούσι τοῦ θεοῦ δόξας. Quod in Pirke Aboth de Zaddok et Baithos, discipulis Antigoni Sochœi, auctoribus Sad-

dœcum, refertur, eos nompe omnem et virtutis remuneracionem, et vitii ponam futuram negasse, eò minus probari potest, quid Josepho Flavio ignotum est; id modò verum subesse videtur, etate Antigoni Sochœi discipuli Simeonis justi, vel paulo post, i. e., circa initium vel medium seculi 5 ante Chr., has sectas natas fuisse. — Esseni orti sunt in Egypto; quām ingenis eorum in hæ regione multitudine et Philonis quoque testimonium *de vit. contempti*, comprimat, qui Essenos seu Esseos et Theripentas (*ἀγανάκτους*) quidem distinguunt, sed distinctio in minutis quibusdam versatur. Utrumque nomen significat medicos, quia medicinam non solum corporis, sed etiam animi profitiebantur.

§ 506. *Doctrina theoretica Pharisorum*. — Pharisei, ob accuratam legis et religiosum cognitionem, Deo acceptissimos esse gloriosabantur. Joseph. Archœol. XX, 2, 4, de B. J. II, 8, 14. Luc. 11, 52; 18, 11. Sentientes autem eorum duxit cas, que in novo Fœdere attingentur, exponemus: 1^a Docebant. De decreto, regimini ac Providenti subjectas esse actions humanas, eti in se liberinas. Act. Ap. 5, 58, 59. — Docebant 2^a animos hominum esse immortales, et in receptaculo quipiam subterraneo assevari; animos improborum ponis, aeterni excurciari, proborum verò animos premiri frui, et demum, si vellet, in alia corpora humana transire, Joseph. Archœol. XVIII, 1, 5, de B. J. II, 8, 14. III, 8, 5. Matth. 14, 2, 16, 44. Joan. 9, 2, 54. Resurrectionem corporum Josephus non memorat, ast ab ipsis creditam fuisse, ex novo Fœdere liquet, Matth. 22, 24, 35. Marc. 2, 18, 25. Luc. 20, 27, 36. Joan. 11, 24, 2. Mach. 7, 9, 11, 14, 25, 29, 36, 12, 40, 43. — Docebant 3^a existere angelos, seu eminentiores spiritus boni et malos, qui in homines via hand levem subinde habeant. Denique 4^a contendebant Deum jure stricto teneri Judeis beneficere, et eos omnes regni Messiae participes reddere, justificare et aeternū beatos reddere, nec ullum posse damnare. Causam justificationis verò ex meritis Abrahami, ex cognitione Dei, ex circumcisione, et ex oblationis sacrificis repeatabant, Jos. Flav. Arch. XVII, 2, 4, de B. J. II, 8, 4. Justinus Dialog. cum Tryphonie. Pirke Aboth. 14, 1, Hebr. 10, 1, 48. Conf. Menochii de Rebus Hebr. 1, 5, c. 15, quast. 5.

§ 507. *Pharisorum disciplina morum*. — Pharisei morum quidem prohibiti studebant juxta sectas sue disciplinam, que autem magnâ ex parte perversa et laxa erat; nam 1^a plura, quæ à lego Mosaicâ, civilitate permisa fuerant, etiam moraliter recte esse statuerant, ut repudium uxoris ex quicunque causâ, et jus talionis, Matth. 5, 31, seqq. 19, 5, seqq. — 2^a Leges quipiam Mosaicas ad litteram premelant, et ad suam philosophiam conterquent; ita legem de amore proximi, de solo amore amicorum exponebant, eodium inimici licet esse docebant, Matth. 5, 43, conf. Luc. 10, 35; iurjurandum in quo nominatum non esset nomen Dei, non obligare pronuntiabant, aut saltem minutis deputabant, Matth. 5, 25; prohibebant

sabbato evellere pansas spicas, sanare ægrotum, etc. Matth. 12, 1, seqq. Luc. 6, 6, seqq. 14, 1, seqq. 5^o Leges naturales, que in lege Mosaicâ nulla ponâ sancte erant, mandatis parvis seu minutis accenserant, quibus leges ceremoniales, tanquam mandata magna, longè preferabantur, Matth. 5, 19; 22, 54; 15, 4; atque alia, que nequacum erant mandata, commendabantur; hinc iram absque causâ, et impudicem sidera parvi faciebant, Matth. 5, 21, 22, 27, 50; pro-selyos facere studebant, parvum curantes, ut mores corundem emendarent, Matth. 25, 15; felicitatem in hac vita et divitias maximis pendentes, opes per fas et nefas corrudebant, Matth. 5, 1, 12; 25, 4. Jacob. 2, 1, Luc. 16, 14. Joseph. Arch. XIII, 5, 4, 5; vane glorie cupidi, preces in omnium oculis, non sine sensu sanctitatis sepe, peragabant, Matth. 6, 2, 5; 18, 11. Luc. 15, 11, et sepulcher prophetatum ornare amabant, Matth. 23, 29. Conf. Menochius, l.c.

§ 508. De traditionibus Pharisæorum. — Quāmplurim observabant traditiones seu decreta majorum, que ex parte alijs. Mose repetebant, et legibus divinis non modo æquiperabant, sed etiam preferabant, Matth. 15, 2, 5, 6. Marc. 7, 5, 15. Thalmud, Rosch-haschanah, p. 19, 1. Zebachim, p. 401, 1. Joseph. Arch. XIII, 40, 6. Hec de cœtu dominum collecta et acta sum in Thalmude, ex quo aliquis in novo Foedere obvia, exponeamus. Lotionem manuum ante mensam, quam mos cibos digitis ex patinâ in os inferendi postulabat, in officium religiosum vertebat, qui si quis inscius immundum quidipus tetigisset, illatos cibos quoque contumaciter. Omissionem hujus lotionis statuebant esse crimen fornicatione sequale, et exterminatione dignum, Thalmud. Babyl. Aboda Zara, p. 11, 4. Sota, p. 4, 2. Berachoth, pag. 46, 2. Thaanith, pag. 20, 2, conf. Matth. 14, 4. Si quis dominum non fuerat egressus, precipiebant, ut manus sine distensione digitorum aquâ perfundantur, et demini eleverant, quo aqua ad cubitos defuerat; dein, rursum afflusa aquâ, deminatur, ut aqua ad digitos defuerat. Hoc invenitur Marc. 7, 5. Qui verò domo egressi erant, se balneo ablucebant, aut saltem manus distensione digitorum in aquam immergabant. Id Marc. 7, 4, dicitur εἰς ποὺ βαπτίζεται. Hic mundatio vas, quoque ante sabbatum contingebat, Marc. 7, 4. Ad purificationes hujusmodi spectabant ille hydrie, que Joan. 2, 6, memorantur. Ab his distinguenda est symbolica lotio manuum, Dent. 21, 6. Ps. 26, 6. Matth. 27, 24. Ita etiam potum percolabant, ne insciis animalium immundum deglutiarent, Matth. 23, 24. De immunditate adeo auxili erant, ut non tantum ethnici, sed etiam illi Iudei, qui negotium inviso tractabant, ut portatoribus et publicanis, nequaquam convescerentur, et omnes, qui non esse Pharisæi, spernenter, et peccatoribus accenserent, quibus, ne contaminarentur, non communicabant, Thalmud Chagiga, 2, 7. Luc. 7, 39. Matth. 9, 11. — Per hebreomedis jejuniant, nempe die Jovis, quo Mosen ascendisse montem Sinai arbitrabantur, et die lunæ, quo unum descendisse credebant, Thaanith II, p. 9. Schabb. 1, 24, conf.

